



MEDICAMEN- TORVM OFFICINIS

Pharmaceuticis Reip. Augu-
stanæ vſitatorum.

CLASIS DECIMATERTIA.

COLLYRIA SICCA A-
rabibus Sief dicta, pastas odo-
ratas, nec non Cyprias aues
ac tedas redolentes pa-
rare docens.



SIEF ALBUM CVM,
& sine Opio.

- * Gummi Arabici;
- Tragacanthæ,
- Amyli. ana. drach. quatuor.
- Cerussæ lotæ drachmas sex.
- Sacocollæ nutritæ drach. tres.
- Opij. ana. drach. vnam.

Hh 1

Cum

Cum albumine oui fiat Sief.

Paratur etiam sine Opio, ut utrumq; tempore necessitatis in promptu sit.

Ad oculorum rheumatismos, lippitudines subacres, & ophthalmicos dolores leniendos efficax, & idem ferè est cum Collyrio albo Rhasis 3. ad Almanforem, quod Cerusse pondus auctius habet nimirum ad drachmas decem, cui & Thus addit Mesua, unde in statu magis prodest, ut siue hoc initio vehementis doloris a causa calida.

SIEF ALBUM, Galeni.

℞ Cadmię lotę id est, rutię preparatę drach. sedecim.

Cerussę lotę,

Amyli,

Gummi Arabici,

Tragacanthę ana. drachmas quatuor.

Opij drachmas duas.

Excipiantur cum aqua pluuiæ vel Rosacea, & fiat Collyrium siccum, quod etiam sine Opio parari potest.

Collyrium hoc à Galeno ρεϋρεδν dictum, describitur ab eodem 4. de Compos. med. secundū loca cap. 7. idem ferè præstat quod Cygnus Galeni, qui paulo aliter describitur, & succum Aca-
cia recipit: præcipuè vero facit ad oculorum vsti-
ones,

ones, pustulas, & chimoses maxime in his, qui nul-
lam acrimoniam aut mordacitatem ferre que-
unt.

SIEF CITRINVM, Mesuæ.

℞ Cadmiæ vstæ, & in lacte mulieris extinctæ
ac lotæ vnciam vnam.

Cerussæ lotæ vncias duas.

Croci vnciam semis.

Opii drachmam vnam.

Tragacanthæ drachmas duas.

Aquæ pluuiæ quantum sufficit.

Describitur hoc Collyrium à Mesuæ in capi-
te de Ophthalmiâ vehementissimis enim ocu-
lorum doloribus vlceribusq; plurimum commo-
dat.

Silac muliebri defuerit, substituatur in eius
locū lac asininum, caprillum, vel ouinum.

SIEF DE PLVMBO, Mesuæ.

℞ Plumbi vsti, & loti,

Æris vsti,

Antimonij,

Tutiæ lotæ,

Gummi Arabici,

Tragacanthæ ana. drach. octo.

Hh 3

Opij

Opij drachmam semis.

Aquæ pluuiæ quantum sufficit.

Fiat Sief.

Vulnera & ulcera oculorum replet, & consolidat.

SIEF DE ROSIS, eiusdem.

✱ Foliorum Rosarum drachmas quindecim,

Gummi Arabici,

Croci. ana. drachmas octo.

Opij,

Nardi Indicæ. ana. drachmas duas.

Ad doloris molestias, fluxum vberem actum, pustulas & prolapsus oculorum efficac.

SIEF DE THVRE RHASIS.

✱ Cadmiæ,

Pompholygis,

Thuris ana. drachmas decem.

Cerussæ drach. quadraginta.

Opij,

Gummi. ana. drachmas sex.

Aquæ pluuiæ quantum satis.

Fiat Collyrium,

Tumores oculorum reprimit, eorundemq. exulcerationes sanat, ac cohibet.

SIEF

SIEF VIRIDE,

Antæi.

- ✱ Cadmiæ,
 Croci. ana. drachmas tres.
 Gummi,
 Myrrhæ,
 Opij. ana. drach. vnam semis.
 Plumbi vsti & loti scrupulum vnum, grana
 quindecim.
 Squamæ Aris,
 Nardi Indicæ,
 Acaciæ. ana. scrupulum vnum, grana
 decem.
 Cum aqua pluuiæ fiat Collyrium.

Celebratur ad doloris molestias, pustulas, in-
 fustiones, prolapsus & contusiones oculorum.

POMVM AMBRÆ.

- ✱ Styracis Calamitæ,
 Styracis liquidæ,
 Benzoi,
 Galliæ Moschatæ veræ,
 Aliptæ Moschatæ,
 Laudani. ana. vnciam semis.
 Cinamomi electi,
 Caryophyllorum.

℞℥ 4

℞℞.

Santali Citrini. ana. drachmas duas.

Rosarum rubearum,

Nucis Moschatae,

Macis,

Ligni Aloës,

Cyperii rotundi,

Maioranae,

Gummi Elemi,

Rorismarini,

Iridis Illyricae. ana. scrup. duos, & grana
quinq;

Mucilaginis Tragacanthæ factæ cum aqua Rosarum quantum sufficit.

Fiat Massa.

COr ac cerebrum odoris suauitate ac fragrantia reficit, spiritus cum vitales tum animales recreat & fulcit, vertiginosos inuat, ac capiti à frigida & humida intemperie affecto opem præstat,

PRo maiori Simplicium compositione hanc constituentium vnione quandoq; nonnihil Terebinthine Cypriæ admiscetur, ac ob odoris gratiam pauxillum olei Caryophyllorum additur. Diuitibus Ambra, & Moschus vel Zibethum pro consulenti Medici iudicio, aut expetiti odoris optatu adiunguntur.

In hac compositione pro Santalo albo Citrinum utpotè odoratus substituimus, pro Cardamomo

momo

*mo vero. Cyperū. pro semine Nigella Roris marini
folia, as deniq; pro Zedoaria Iridem Illyricam as-
sumimus.*

A L I V D.

✶ Santali Citrini drachmas sex, scrupulos
duos.

Ligni Aloës vnciam semis.

Rosarum rubearum,

Basiliconis,

Lauendulæ,

Anthos,

(vnum.

Maioranę ana drachmas tres, scrupulum

Corticum Citri drach. septem.

Cinamomi,

Nucis Moschata,

Macis,

Caryophyllorum,

Coriandrorum præparatorum,

Cardamomi ana drachmas tres, scrupulum
vnum.

Labdani puri vncias octo.

Styracis Calamitæ drachmas sex, scrupulos
duos.

Liquidæ drachmas tres.

Asæ dulcis drachmas decem.

Cerę Citrinę vnciam vnā semis.

Terebinthinæ Cypriæ vncias quatuor.

Hh 5

Aquæ

Aquæ Rosarum vncias duas semis.

Moschi Alexandrini,

Ambrae cin. ana. scrupulos duos semis,

Fiat Massa.

O Dore spiritus instaurat, & cordi robur addit. Vtui est maximè, cum aliqua aëris inquinati suspicio viger, cui tunc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta, & presentim Camphora re-
ste adijcitur.

CANDELÆ PRO SVF- FITV.

Asa dulcis id est, Benzoi,

Styracis Calamitæ. ana. vncias quatuor.

Thymiamatis,

Olibani. ana. vncias duodecim.

Labdani vncias decem & octo.

Caryophyllorum vnciam vnā semis.

Sem. Nigellæ vnciam vnā.

Coriandrorum præparatorum,

Granorum Iuniperi. ana. vnciam semis.

Styracis liquidæ vncias sex.

Terebinthinæ vnciam semis.

Carborum Tiliæ vel Salicis vncias tri-
ginta.

Cum infusione Tragacanthæ facta in aqua Ro-
sarum fiant Candelæ.

ALI-

ALITER SIC PA- rantur.

☞ Styracis Calamitæ,
Carbonum Salicis. ana. vncias duas,
Benzoini vnciam vnam,
Caryophyllorum vnciam semis.
Laudani drachmas sex.

Terebinthinæ Cypriæ & mucilaginis Traga-
canthæ cum aqua Rosarū factæ q. s. fiant Can-
delæ, Tedæ, vel Auiculæ, quibus pro delica-
tioribus Galliam Moschatam, aut Ambram,
addere licebit.

SAPO MOSCHATVS.

☞ Saponis Veneris libras quatuor. Incidantur
minutissimè; adde pulueris.

Caryophyllorum,
Santali albi. ana. vncias duas.
Benzoi vnciam vnam.
Moschi scrupulum vnum.

Distemperentur in aqua Rosacea.

A Liqui addunt Olei de Spicâ guttas aliquot
sed melius fuerit Oleum Caryophyllorum
aut Macis, vel Rosarum. Quidam radices
Iridis Illyricæ addunt; cuiuslibet suum
hac de re esto iudi-
cium.

MED I.